



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Variationis In Præsentando iure patronatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

manibus dimittat, aliis eo ipso vacet secundum, aut simili clausula de solutione facienda, aut literis infra certum tempus expediendis, vel aliis sub eadem vacationis poena apponatur, nam si non adimplet cum forma decreti ipso iure, vacat ultimum beneficium collatum vigore dicti decreti: Egidius decisione 755. in principio, & fuit resolutum in vna Vicen. Canoniceatus 5. Iunii 1590. coram Illustrissimo Domino Cardinali Pamphilio, & in alia Illerden. Canoniceatus 1597. coram eodem, Rota decis. 12. de re iudic. in nouis Rota decis. 8. numer. 1. & decis. 13. de re iudic. in nouis.

Quadragesimo septimo vacat ipso iure beneficium per malam promotionem ad ordines, veluti si beneficiatus, qui primam Tonsuram, vel minores ordines habens promotus fuerit ad maiores, cum aliis fuerit inhabilis ex aliquo vicio, crimine, aut defectu, vel extra tempora a iure statuta, vel absque veris sui ordinarij dimissorijs literis, aut per saltum, vel furtive, aut sine titulo sufficientis beneficii, vel patrimonij, aut ante aratem, aut non seruatis temporum interstitijs, &c. quia si in dictis ordinibus ministrare praesumpserit non solum efficitur irregularis, sed etiam beneficia obtenta vacabunt ipso iure, vt nouiter sancitur per constitutionem Sixti Quinti incipientem sanctum, & salutare sub data nonis Ianuarij 1588. quae constitutio si sit derogata statim dicam in sequenti.

Quadragesimo octauo vacat ipso iure beneficium per confidentiam, vt pote quando aliquis resignat alicui beneficium, sub confidentia, quod resignatarius postea resignet alteri personae resignati, dilectae vel in alijs casibus contentis in constit. 109. Pij IV. incipienti Romanum Pontificem subdata 17. calend. Nouembris anno 1564. & in constit. 87. Pij V. incipienti intollerabilis subdata Calen. Iulij anno 1599. quae constitutiones poenam vacationis ipso iure infligunt, de quibus constitutionibus plene scripsit Parisius in suo tractatu de confidentijs: & praesertim in tractatu de hac vacatione in quaest. 58. per totum.

Quadragesimo nono vacat beneficium ipso iure in omnibus casibus, in quibus fundator illius ita disposuit, veluti ob non residentiam, vel per affectuionem alterius simplicis beneficii residentiam non requirentis, ac in alijs casibus fundatori bene visis Caputaq. decisione 190. numero primo, parte secunda, nam fundator potest in fundatione beneficii imponere leges, & condiciones, quas voluerit capitulum, praeterea il. 2. de iure patronatus cap. quanto de censibus Rota decisione prima, de praebendis in nouis Ioan. Guttierrez consil. 1. num. primo, & septimo, num. primo, bene Nauar. in consil. 8. de praebendis incipit Ecclesia collegiata num. primo, & tertio.

Quinquagesimo vacat beneficium ipso iure per nonnam erectionem, & creationem Bonifacius Vitalinus in clement. fin. de rescriptis, & post gloss. final. ibidem, & communiter omnes Geminian. consil. 69. numero primo, & dixit in gloss. 9. in §. fin. de beneficijs nouiter creatis num. 50. beneficia namque non nascuntur, sed creantur, & fiunt Cassador. decisione 7. & 8. de iure patronatus.

Quinquagesimo primo addi potest vacatio ob malam valoris expressionem iuxta ea, quae dixi in §. 2. huius gloss. num. 77. & 78.

Quinquagesimo secundo vacat ipso iure beneficium quando ex aliqua constitutione, vel statuto particulari, seu municipali inducitur vacatio ipso iure alicuius beneficii per affectuionem secundi quando alias non vacaret de iure communi, & consuluit Ferretus consil. 112. incipit D. Caro. numero tertio, ac per totum lib. ubi concludit, quod praeterea in Civitate Venetiarum vacant beneficia simplicia nul-

lam residentiam requirentia per affectuionem Plebanatus, idemque pariratione dicendum erit de consuetudine Ferretus dicto consil. 112. sub numero primo, & secundo, & fuit decisum in vna Calaguritana, beneficii de Nauarete 20. Iulij 1588. coram Illustrissimo Domino Pamphilio.

PRAXIS VARIATIONIS IN Praesentando in iure patronatus.

RESOLVT. CCCCLXIII.

- 1 Patronus laicus potest variare, & plures successiue praesentare, secus in ecclesiastico num. 3.
- 3 Praesentatio ecclesiasticorum habet vim electionis, secus in praesentatione laici num. 4.
- 5 Clerici melius, & facilius possunt inuenire, & noscere idoneos.
- 6 Apostulatione potest variari.
- 7 Si actus praesentationis non est perfectus etiam ab ecclesiastico potest variari.

Quae differentia sit inter patronum laicum, & ecclesiasticum.

- 1 Patronus laicus potest variare, & plures successiue praesentare cap. quod autem, & capit. pastoralis de iure patronatus; patronus autem ecclesiasticus variare non potest capitulum, cum autem ubi gloss. penult. de iur. patronat. & doctores in practicitatis locis, & facit gloss. in c. unico in verbo ecclesiasticus de iure patronat. libr. 6. & ibi Io. Andreas Perrus de Anch. & alij Abb. in dicto capit. quod autem Calder. consil. 16. de iure patronat. Rocch. de Curte de iure patronat. in verbo honorificum quaest. 9. & 10. & late Lambertin. de iure patronat. libro 2. part. 2. quaest. 7. articulo 1. rationes autem diuersitatis plures ponuntur a doct. supradictis; tu dic rationem esse, quia praesentatio Ecclesiasticorum habet vim electionis, in qua electione non cadit variatio, quia statim electo acquiritur ius in re capit. publicato ubi gloss. & capit. quod sicut de elect. sed in praesentatione laici secus est, quia praesentatus tunc tantum acquirit ius ad rem, item alia potest esse ratio, quia clerici facilius, & melius possunt inuenire, & noscere clericos idoneos, quam laici, qui cum sint extra clericalem militiam possunt titubare, ut per Lambertin. ubi supra, & ex hoc cum laici possint variare habent tantum quadrimestre, Ecclesiastici vero, qui variare nequeunt semestrem.
- 6 Item est notandum, quod a postulatione potest variari cap. bone il. 2. de postulat. praelat. & ibi Abb. num. 12. vide Ioan. Andr. in cap. mutare de regul. iur. libr. 6. & patroni laici possunt variare si procedat per viam scrutinij etiam publicato scrutinio Abb. in dict. cap. publicato n. 5. de elect. vide Lambert. ubi supra art. 2. aduertat tamen, quod si actus praesentationis non fuit perfectus, quia deficiat aliqua ex personis requisitis de necessitate ad perfectionem praesentationis, vel aliud, tunc etiam patronus Ecclesiasticus poterit iterum canonicè praesentare, & non dicitur variare cap. ult. de iure patronat. Lambertin. ubi supra art. 3. quia tali casu non potest dici perfecta praesentatio. Eadem ratione poterit patronus Ecclesiasticus si praesentauit coram eo, qui non habet ius instituendi praesentare iterum alium habenti ius instituendi Cardin. in clement. 1. quaest. 9. de iure patronatus, idem erit si patronus nulliter praesentauit ratione collegij Ecclesiastici, tunc enim poterit alium cum collegio praesentare, vt per Lambertin. ubi supra art. 6.

RESO-

RESOLVT. CCCCLXIV.

- 1 Patronus si promittit unum præsentare an possit ab hoc recedere.
- 2 Promissio de præsentando facta ante vacationem beneficij est nulla, secus si post vacationem.
- 3 Si promissio facta sit uni de eo præsentando est simoniaca, & nulla, & potest variare.
- 4 Actus factus contra proprium iuramentum quando valeat.

Quando patronus laicus promittit unum præsentare, an possit uariare.

- 1 Patronus si promittit unum præsentare nunquid possit postea variare: hos constituit casus cum Lambert. de iure patronatus libro 2. par. 2. quæst. 7. artic. 15.
- 2 Primus est casus, quando fuit promissio facta per patronum alicui de præsentando quem uelit in beneficio sui iuris patronatus, de quo loquitur cap. ult. de concess. præb. & tunc dicas, quod si dicta promissio fuit facta antequam beneficium uacasset cum sit irrita ipso iure, seruari non debet, ut in dicto cap. ult. si autem promissio fuit facta Ecclesie uacante, & tunc patronus non obstat tali promissione potest præsentare, uel saltem uariare, si est laicus, quod si iurauerit secus est, nisi absoluitur à iuramento ad effectum uariandi.
- 3 Secundus est casus, quando fuit facta alicui a patrono promissio de eo præsentando, & hæc promissio est nulla, cum sapiat simoniam (videtur enim initum pactum super præsentatione,) potest variare si autem patronus unum præsentauit, & iurauit non uariare, tunc non potest uariare, quia superior non debet admittere periculum ad præsentandum ne superior sit auctor, periturus cap. mulieri de iureiurand. & Lambert. ubi supra artic. 16. quamuis alias ualeat actus factus contra proprium iuramentum, licet faciens efficiatur periturus glos. in c. ult. uerb. renocatur de procurat. lib. 6. Fely. in c. dilecto n. 10. & f. q. ubi doctor. de præb. Alex. conf. 16. n. 3. lib. 3.

RESOLVT. CCCCLXV.

- 1 Variatio duobus modis fieri potest.
- 2 Patronus potest variare, uel unico actu plures præsentando, uel successiue.
- 3 Variatio permittitur cumlatiue, non priuatiue.

Quomodo fiat uariatio.

- 1 Interrogatus respondi breuiter, quod uariatio a patrono fieri potest duobus modis.
- 2 Primo unico contextu plures præsentando iuxta terminos textus in clem. plures §. si. de iure patronatus, ut in instituatur, quem Episcopus elegerit ubi glos. Cardin. & reliqui dd. Canonistæ.
- Secundo modo potest fieri, plures ordine successiue præsentando, & sic diuersis temporibus capit. cum autem, cap. quod autem, & c. pastoralis de iure patron. nec per præsentationem secundi receditur à prima, sed Episcopus instituit, quem noluerit Abb. Io. Andr. & alij in cit. cap. cum autem de iure patronat. Lambert. de iure patronat. lib. 2. parte 2. quæst. 7. artic. 21. & ideo patronus uariando non recedit, sed cumulat, & ita uariatio est permissa si præsentet cumlatiue non priuatiue, nam si priuatiue non absque causa permissa præsentaret non audiretur: quod si secundo præsentet, nisi addendo præsumitur cumlatiue præsentasse, nam quilibet præsumitur uelle, quod ius patitur inde Rocch. de Curte de iure Alois. Ricc. Prax. Pars III.

patron. uerbo honorificum q. 13. & Lambert. ubi supra artic. 22.

RESOLVT. CCCCLXVI.

- 1 Patronus laicus potest variare etiam si eius procurator alium præsentauerit, ita & procurator variare potest.
- 2 Factum a procuratore dicitur factum a principali.
- 3 Patronus laicus variare potest quomodocunque sit patronus.
- 4 Collegium laicorum habens ius patronatum potest variare.
- 5 Præsentatus non potest impedire patronum ne uariet.

An sicut patronus potest uariare, ita pariter, & eius procurator.

- 1 Laicus patronus uariare potest, etiam si eius procurator prius alium præsentauerit, ita etiam procurator uariare potest Rocch. de Curte de iure patron. in uerbo honorificum quæst. 20. Fely. in cap. cum uenerabilis numero 3. de exception. quod enim facit procurator dicitur fieri ab eius principali capitul. mulieres de sentent. excommu. l. 1. §. deiectione ff. de vi, & vi armat. quod non procedit, si dictus procurator haberet tantum potestatem limitatam ad unum præsentandum Lambert. de iure patronat. lib. 2. par. 2. quæst. 7. artic. 16. & quilibet patronus laicus etiam si sit patronus ex priuilegio, uel ex præscriptione uel alio modo variare potest, quod declarat, ut per Lambert. ubi supra art. 18. quod procedit etiam si ius patronatus pertineat ad Collegium, uel ad uniuersitatem laicorum, tunc enim potest collegium, seu uniuersitas uno præsentato uariare, & alium præsentare. Non obstat text. in cap. cum autem in fide iure patron. quia ibi loquitur de Collegio Ecclesiastico non de seculari, prout declarat Lambert. ubi supra artic. 19. Neque potest primus præsentatus impedire patronum, ne uariet, & ideo appellare contra ipsum patronum ut non præsentet alium, nec teneri appellatio, ita Abb. in cap. pastoralis de iure patronatus n. 1. & 2. ubi Hostiens. Innoc. Io. Andr. super glos. pen. & Card. colum. 3. & Lambert. ubi supra artic. 20. alias destrueretur tota materia variationis, & auferretur talis potestas à iure patrono laico concessa.

RESOLVT. CCCCLXVII.

- 1 Patronus uariando duos tantum præsentare potest.
- 2 Pluralis locutio duorum numero est contenta.
- 3 Infinita est euitanda.

Variatio permittitur ita tamen ut ultra duos non fiat.

- Clarum est, quod patronus potest variare, & plures præsentare, ut fuit conlufum alias, tamen est sciendum hoc debere intelligi quod ultra duos variari non possit, & ultra duas uices, pluralis enim locutio duorum numero est contenta capitul. pluralis de Regul. iur. in 6. & infinitas est euitanda, capitul. cum in multis de re scriptis in 6. & iura loquentia de dicta variatione hoc innuunt, ita Rocchus de Curte de iure patronatus in uerbo honorificum quæstion. 10. faciunt dicta per Bellenc. in tract. de charitativo subsidio quæstion. 25. faciunt dicta per Iaf. in leg. edicta, colum. 3. in fin. Cod. de edendo, & ita seruari in praxi, & in iudicando, & consulendo refert Lambert. de iure patronat. lib. 1. parte 2. quæst. 7. art. 23. & iuxta hanc sententiam est consilium 16. Calderini in tit. de iure patronatus, quem ad hoc propositum mihi allegauit eruditione plenus

D. Ioannes Maria Nouarius, & est tenoris sequentis videlicet.

An laicus possit successiue ultra duos accumulare, & dicitur quod non, quoniam si iura dicunt laicum patronum posse plures accumulare, debent intelligi de duobus, quoniam pluralis locutio duorum numero est contenta de re iud. cap. pluralis cum concolor. Item talis variatio est odiosa, ideo restringenda de re iur. cap. odia in 6. ad hoc optime de præb. c. is cui in 6. Item infinitas est vitanda de rescript. cap. cum in multis in 6. Item si videantur iura de hoc loquentia clare istud innuunt vnde capitulum, quod autem postmodum aliud cap. cum dilectus cap. pastoralis dicit alium, & secundo loco, ex quibus omnibus apparet aperte, quod huiusmodi variatio potest fieri successiue de duobus, & non de pluribus, & per hoc respondent ad id, quod notatur in clemen. 2. de iure patron. §. fin. super vers. plures intendit etiam, quando simul plures quam duo præsentet, vt vnus ex eis per Episcopum eligatur vt ibi in tex. & idem etiam quando duæ præsentationes successiue factæ fuerunt, & sic intelligitur gloss. sequens super versiculo præsentare si bene inspicitur, idem est in effectu illo casu sicut dictum est supra quando fit præsentatio, & vnus eligatur, sed ultra duos non potest fieri tertia per dicta supra nec obstat, quod istud reputatur nouum cum alius doctor hoc non dixerit quoniam nec reperio aliquem contrarium dixisse, & hoc de iure pato verissimum.

Et quod variatio, non possit fieri nisi ultra duos facit, nam variatio est legibus inimica, vt habetur nouissime per D. Noua. in sua vtili praxi electionis fori quest. 3. numer. 9. sect. 1. vbi agitur quoties, & quando fori variatio fieri possit, & varias circa hunc articulum tradit D. opiniones, vt penes eum videri potest.

RESOLVT. CCCCLXVIII.

- 1 Non potest patronus laicus variare lite pendente.
- 2 Lite pendente inter præsentatos, & altero mortuo ex litigantibus non permittitur patrono sine vitio attentatorum alium præsentare, & quid cum litigatur cum eis, qui beneficia sunt adepti num. 3.

An patronus laicus possit lite pendente variare.

- 1 Non potest patronus laicus variare lite pendente alias inter præsentatos Calderin. conf. primo vt lite pendente, & 18. de iure patronatus Domin. & Francus numero tertio in capitul. primo vt lite pendente in 6. Mill. in rep. verb. patr. etiam laicus lite pendente Aymon consil. 36. numer. 3. Couarr. pract. cas. 37. numer. 1. versic. 3. quandoque Crescent. dec. 10. de iure patronat. & Lancellott. de attentatis, capitul. 4. in præfat. a numer. 560. seu 656. & est communis secundum Couar. & Lancellottum ibi, licet contra teneant cum alijs Lambert. 1. part. 2. libr. quest. 6. articul. 12. nam quicquid ipse dicat c. 1. vt lite pendente in 6. habet locum in præsentatione, vt per Ioan. Andr. Dominic. Franc. & alios ibi Lap. allegat. 22. numer. 3. Gomez. in Regul. de subrogand. collig. quest. 6. & 13. Rota diuersi. in decisione 442. part. 1. & fuit resolutum in vna Zamoren. beneficij de Morales 30. Maij 1596. coram D. Orano, nisi fuit dictum, quod lite inter præsentatos pendente, alteroque ex litigantibus defuncto, patrono non permittitur sine vitio attentatorum alium præsentare indubitatum esse ex dict. capit. 1. Cum vero litigatur cum eis, qui beneficia iam sunt adepti, & sic contra præsentiam, iam institutum clarum est pendente lite non posse Patronum alium præsentare ex capitul. 2. vt lit. pend. quod loquitur expressè de

præsentatione, ibi præsentetur Lamber. vbi supra Rot. Salamantina Cappellania 20. Nouemb. 1592. coram Pamphilio vnde in vna Pampilonens. Parochialis de Edrarin. de anno 1501. coram Pamphilio fuit resolutum, quod præsentatio facta post rem iudicatam pendente lite super restitutione in integrum non sustinetur, quia restitutio suscitatur litem l. quod si minor §. restitutio de minor. & commissio restitutionis, in qua fuit narratum fuisse paritum iudicato, quæ fuit signata procul de iure, dat iurisdictionem etiam non verificata, quicquid sit quando adest clausula, parito iudicato.

Nec obstat patronum esse in quasi possessione præsentandi, & lite pendente posse quem continuare possessionem, quia adhuc præsentatio facta est nulla ex cap. 2. vt lit. pend. in 6.

Et dispositio dicti capit. habet etiam locum in vacatione per mortem ciuilem, vt per resignationem, vel affectuionem alterius beneficij secundum Anchar. ibi, cuius opinio licet de ea dubitet Lancelott. capit. 3. d. num. 96. alias 103. est constanter tenenda, vt fuit decisa in vna Vallisoletana Scolastra 17. Iunij 1602. coram Lancellott. tradit Gonzalez gl. 51. n. 12.

Ceterum prohibitio dict. capit. 1. & 2. quando superstes colligans præsentaretur, seu prouideretur ab Ordinario, quia tunc cessat ratio per d. c. 2. assignata, scilicet ne propter novos aduersarios litigia prorogari contingat, secundum Rochum d. q. 23. Couar. super Lancellott. d. c. 3. nu. 128. alias 135. & dict. cap. 4. in præfatione a numer. 576. & 790. alias 172. & 688. Paril. conf. 30. nu. 4. lib. 4. quem allegat, sequitur Gabriel. conf. 4. de iud. num. 42. & est de mente Franch. in d. c. 2. num. 6. in gl. penult. & secuta est Rota in Mediolanen. iuris patronatus de anno 1588. coram Blanchetto & in Mediolanen. iuris patronatus coram eodem 29. Ianuarij 1596.

Quamuis Crescentius decisio. 8. de iure patronatus num. 2. dicat in contrarium esse communem opinionem, & d. decis. 10. dicat non procedere quando patronus post præsentationem factam de vno antelitem post litem cumulando præsentaret colligantem, alias voces patronorum non habentem, quia tunc potius daretur occasio litigandi, & c. & Gonzalez d. gl. fi. n. 114. ait quod dicta opinio non est secuta, nec tenenda, sed potius contraria, tum quia dispositio dicti c. 2. est generalis, & indistincta, & generaliter intelligenda l. 1. §. generaliter ff. de legatis præstat. quia aliter regu. cancellariæ de surrogan. colligantibus per Papam esset frustratoria, & c. vt fuit nouissime resolutum in vna Hispal. beneficij de Xerez 10. Februarij 1604. coram Litta, vbi propterea fuit conclusum esse nullam collationem a Cardin. Hispalen. de quodam beneficio litigioso cuidam superstiti colliganti factam, & quod in eadem dec. dicitur, quod idem tenuit Rota antiqua vt in dec. 10. nu. 2. & 3. vt lit. pendente in nouissimis, & Rota Moderna in vna Bononien. Parochialis 14. Ianuarij 1572. coram Seraphino, & ad Gomez. in reg. de subrogan. quest. 2. num. 2. dicentem, quod quando inferior a Papa concedens surrogationem colliganti comprehenditur sub regu. fuit responsum procedere in inferiore habente facultatem surrogandi ab ipso Papa mediante aliquo indulto, seu iure speciali non aliter, ita Gomez. sed mihi placet opinio Roch. & sequacium, contra quam in specie non est communis opinio, & d. dec. Posnani. non male respondet Lancellott. sup. in dicta præfatione, adde quod ibi Ordinarius in locum vnus præsentati prædefuncti surrogauit alterum præsentatum colligantem, ordinarius autem licet possit conferre colliganti, vbi alias ad eum collatio spectat, non tamen potest principaliter de per se surrogare, prout Papa facit Mandol. reg. 29. de surrogan. colligantibus

bus quaest. 3. numero 2. & pro opinione Rochi faciunt verb. dict. cap. 2. ibi alijs nullatenus conferatur. Pondero verbum alijs iuxta quod videntur accipienda verba sequentia, nec ad ea allegatur quispiam, vel etiam praesentetur, id est quispiam alius, & de beneficijs litigiosis late Lancellot. d.c. 3. & d.c. 4. in praefatione, & alijs locis.

PRAXIS VSVRARVM CRIMINIS.

RESOLVT. CCCCLXIX.

- 1 *Vsura est profideiussore aliquid accipere.*
- 2 *Vsurarius censetur qui propter periculum in se susceptum aliquid lucrum a debitore suscipit.*
- 3 *Officium fideiussionis procedit ex charitate, & affectu benefaciendi sicut mutuum.*
- 4 *Lucrum non ob aliud potest pacisci, nisi propter periculum fideiussionis ideo iniunctum, & ratio periculi non habet locum in fideiussione.*

An sit usura aliquid accipere pro fideiussione.

- 1 **I**N hoc Dubio pro opinione affirmatiua respondi ex sequentibus primo tex. in cap. nauiganti de vsuris, vbi vsurarius censetur, qui propter periculum in se susceptum aliquid lucrum a debitore recipit, igitur vsurarius etiam censeri debet fideiussor, qui propter periculum soluendi pro debitore in se susceptum aliquid lucrum suscipit. Secundo nam officium fideiussionis procedit ex charitate, & affectu benefaciendi sicut mutuum, igitur gratuitum esse debet iuxta illud Ecclesiast. capit. 29. fideiussoris gratiam non obliuiscaris. Tercio nam id lucrum nullo alio modo poterat pacisci, nisi propter periculum fideiussionis, vt resoluunt omnes supra pro contraria citati auctores, sed ratio periculi non habet locum in fideiussione; igitur a cessante causa necessario dicendum est, fideiussorem nihil posse recipere, seu pacisci pro fideiussione.

RESOLVT. CCCCLXX.

- 1 *Non solum committitur in mutuo vsura, sed in omni contractu.*
- 2 *In contractu societatis etiam committi potest vsura.*
- 3 *An in contractu locationis, & conductionis possit committi vsura vide n. 7. 9. & 10.*
- 4 *Vsura potest etiam committi in contractibus, & vltimis voluntatibus.*
- 5 *Si ex causa mutui facta sit locatio viliori pretio, quam fieri debuisset absque mutuo, contractus est vsurarius.*
- 6 *Non licet ratione prorogationis pretij vendere rem carius.*
- 8 *Correlatiuorum eadem est dispositio.*
- 11 *Anticipata solutio in contractu locationis virtualiter est mutuum.*
- 12 *Et supradicta amplia quando apparent probabiles coniecturae.*
- 13 *Quae sint haec coniecturae vide n. 14. & 15.*
- 16 *Ad probandum contractum vsurarium sufficiunt leues coniecturae.*

An usura committi possit in contractu locationis.

- 1 **P**RO hac quaestione facit, quod usura non solum committitur in mutuo, iuxta illud mutuum dare nihil inde sperantes, in quo mutuo, dicitur formalis usura, verum etiam in omni, & quocumque alio contractu nominato sub quacunque verborum

Aloys. Ricc. Prax. Pars III.

forma stipulato, vt dixerunt Doct. in capitulo ad nostram de empt. & vend. & post alios Bero. conf. 168. numero 12. lib. primo, quem refert, & sequitur Io. Bott. in conf. 72. num. 10. Menoch. conf. 109. num. 28. lib. 2. Natta conf. 670. num. 9. Farina. decif. 30. Rim. Iun. conf. 215. num. 59. & 60. & conf. 399. num. 62. Peregrin. conf. 18. num. 7. lib. 3. Causale. decif. 32. n. 34. lib. 2. Tioffi. conf. 87. num. 9. lib. 1. prout de contractu emptionis, & venditionis loquitur tex. in cap. in Ciuitate, & in cap. ad nostram, & in cap. consuluit de vsur. idem est in contractu societatis, in quo pariter committitur usura ad text. in cap. nauiganti in primo respons. extra de vsur. Farina. decif. 24. idem in contractu pignoris ad text. in c. illo vos. de pignor. quos longa serie congerit Bero. in d. conf. 168. num. 13. & in contractu locationis, & venditionis, de quo agebatur, quod possit committi usura affirmarunt communiter Doct. vt testatur Bal. in conf. 311. lib. 5. Bero. conf. 166. n. 8. lib. 1. Causale. decif. 32. num. 54. par. 2. Carroc. de locat. & conduct. in tit. de vsuris in rebus, & in quaest. 3. Summa Angelica in verb. locatio n. 22. Vgolin. de vsura cap. 54. fol. mihi 354. imo fortius quod usura detur etiam in testamentis, & vltimis voluntatibus probatur ex his, quae adducit Surd. conf. 23. lib. 1. & latissime Menoch. conf. 440. & 441. lib. 5.

Vnde si ex causa mutui facta sit locatio viliori pretio quam fieri debuisset absque mutuo quod contractus sit vsurarius, ita voluit Bald. in rubr. Cod. de vsur. num. 4. vers. 3. quare vbi dicit, quod si quis emit frumentum in herba pro quinque, quod tempore messis verisimiliter valebit octo, quod contractus sit vsurarius per text. in cap. in Ciuitate de vsur. vt sequitur Laurent. de Rodulf. de vsur. par. 2. q. 43. sub num. 7. tract. tom. 7. hanc eandem opinionem tenuerunt Geminian. in conf. 16. & Vrsil. ad Affil. dec. 20. n. 10. nam sicut non licet ratione prorogati temporis vendere rem carius ultra latitudinem iusti pretij, ita nec licebit vilius conducere ratione anticipatae solutionis, vt per Gutt. in pract. q. Cano. c. 39. n. 11. Ceual. d. dec. 32. n. 67. lib. 2. vbi dicit, quod si conductor dat aliquid anticipatae locatori, & ob id minore soluit pensionem, & sic sentit commodum ex anticipata solutione committit vsuram, & allegat Gemin. Alexandr. & alios, idem tenuit Petrus de Vbald. de duob. fratr. 4. par. n. 8. vbi quod si locator mutuat Colonos, & ob id recipit maiorem pensionem contractus est vsurarius, si e conuerso si conductor, mutuat, & minus soluat, de pensione, quia Correlatiuorum.

Eadem est dispositio, & dictum in vno censetur in alio, & ultra predictos hanc opinionem firmavit Carroc. in dict. quaest. 3. & in fortioribus dixit Roder. de Annu. reddit. lib. 2. quaest. 11. num. 24. quod locatio etiam iusta mercede facta, ratione tamen mutui extorta dicitur vsuraria, idemque tradidit in lib. 2. quaest. 3. num. 48. & 52. cum sequen. motus auctoritate Gemin. in dicto conf. 16. Menoch. confil. 343. num. 42. libro 4. Farina. in decif. 119. vbi post Abb. ait, quod pactum de mutuando in contractu locationis non reddit ipsum illicitum, quando locatio est iusta quasi secus si pensio ob id vilior sit D. Thom. in opuscul. de vsur. capitul. 6. & 22. quaestio. 78. articul. 2. Summa Angelica in verbo vsura in princip. Syluest. verb. vsura il. 2. numero 1. Armilla in verb. vsura cap. 11. Alfon. Alvarez in Specul. Sum. Pontif. & Molin. de contract. disput. 501. & quod anticipata illa solutio virtualiter sit mutuum, & quod ex hoc contractus inter locatorem, & conductorem dicatur vsurarius dixerunt Vgolin. de usura cap. 4. §. 1. & cap. 54. Nauar. in Manual. confes. cap. 17. n. 228. Abb. in cap. nauiganti n. 6. de usura Ambros. de Vignar. de usur. par. 1. n. 66. Carroc. de locat. par. 7. conclus. 59.

V 2 & Mo-